

Medeam, praestantissimam Euripidis
fabulam, quum recitationibus publice
per hanc hiemem habendis interpretari
constituisssem, eius vero exemplaria,
quae seorsim et bene venirent, nulla ex-
starent: librario, viro honestissimo, au-
ctor fui, vt hanc fabulam separatim recu-
dendam curaret. Is quum libenter hoc
quicquid est negotii in se recepisset, re-
censionem Brunckii cum eiusdem anim-
aduersionibus ad nouam editionem ad-
ornandam elegi, sequutus Martini, Viri
celeberrimi, exemplum, qui iam pluri-
bus abhinc annis aliquot Euripidis fabu-
las eodem modo eiusdemque librarii
sumtu ediderat. Quum vero Brunckia-
na Medae recensione haud dubie ea
prae-

praestet, quam in editione Euripidis nuper
in choata exhibuit Beckius, Vir eruditif-
simus, edendoque poetae si quis alius ido-
neus, textus recentioris diuersitas vbiq̃ue a
me est notata. Ceterum, quam dudum pro-
missi Medae versionem vernaculam, eam
notulis et commentatione de huius tra-
goediae pretio instructam, virorum in-
telligentium examini propediem subii-
ciam. Scripsi Lipsiae, M. Decemb. A. C.
CICICCCCLXXXIII.

EY